

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Decreta**

**Brant, Sebastian**

**[Basel], after 1. März 1499**

Sessio octava concilii Basiliensis

[urn:nbn:de:bsz:31-313515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-313515)

## Sessio octava

Sessio octava concilij Basiliensis.

### Sacro sancta generalis syno

**S**acrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans. Cum iam dudum de mense aprilis in huius sacri concilij sessione solenni editum ac publicatum fuerit decretum huiusmodi diceret Sacrosancta et cetera. Quod quidem vocationis decretum debite extitit executum et in termino constituto solenni sessione celebrata sexta die mensis septembris per primores huius sacri concilij fuerit ipsius domini pape et cardinalium absentium contumacia debite accusata: ambasciatoribus ipsius summi pontificis tunc in hac ciuitate personam liter constitutis. Qui quidem ambasciatores ad locum ipsius sessionis venientes magnis precibus a dicto sacro concilio petierunt in procedendo contra dictum dominum Eugenium papam et cardinales supercederi. Et licet secundum iuris ordinem attempta magna diei domini Eugenij et dictorum cardinalium contumacia / et multis supplicationibus et instantiis in dicto decreto memoratis procedendum fuisset ad declarandum ipsos esse contumaces / et alia iuris remedia oportuna volens tamen agere cum omni mansuetudine et lenitate. Et si forte resipisceret. Quod maxime attendens. Quod charissimus ecclesie filius romanorum rex illustris et fidelis ecclesie aduocatus iugiter apud eundem dominum Eugenium et cardinales instabat ambasciatoris litteris et tractatibus usque in presens super seditione ab ulterius procedendo. Cum autem a die dicte accusationis contumaciae sint lapsi tres menses et ultra / et eam a die sue preterite dissolutionis annus effluerit ipseque dominus Eugenius monitionibus supradictis sancte matris ecclesie renuat obedire / sed in sua preterita dissolutione huius sacri concilij perseueret ipsum euertere et disperdere varijs modis satagens. Et aliam congregationem sub nomine generalis concilij indicere in graue scandalum / et damnum totius ecclesie / bonique publici prurbarionem / et decretorum sacri Constantiensis concilij contempnum et enervationem ac etiam fidei catholice detrimentum. Cum hoc sacrum concilium ad extirpationem heresum per dei gratiam sollicitudinem et operam preberit et prebeat / ex qua fructus optimus in prima dispositione videtur. Idcirco ad omnem superabundantem cautelam sui que omnem mansuetudinem et gravitatem ostendendum. Et ipsum dominum Eugenium papam in magis manifesta contumacia constitutum eundem per viscera misericordie Iesu christi / et sub obtestatione diuini iudicij admonet et hortatur / et eidem ex parte omnipotentis dei precipit atque mandat quatenus infra sexaginta dies ab hac die presentis decreti in ualuis ecclesie Basiliensis / afflictione continue subsequentes dictas preteritas dissolutionem et uocationem congregatis sub nomine concilij generalis publice reuocet / et huic sacro concilio etiam pure et simpliciter adhaereat realiter et cum effectu / et deinde cetera in preinserto decreto preterita adimpleat cum effectu.



## Sessio octaua

Altoqn si infra pdictū terminū pdictas p̄ctas dissolutionē z cōuoca-  
tionē nō reuocauerit publice / Et ipsi sacro palio pure et simpliciter vt p̄  
mittit nō adhaerit dicta sacra Synodus absq; vltiori monitōe re-  
quisitione vocatione seu citatiōe cōtra ipm sup pmissis et oib; alijs i  
cōcilio pagendis vsq; ad finē debitū inclusiue pceder. put sp̄issetis di-  
trauerit / z tā de iure diuino q̄ hūano fuerit. pcedēdū addicēs q; si di-  
ct̄ dñs Eugen⁹ papa pmissis parere cōtēpserit / et dicto termino sex-  
aginta diez pēdēte aliquas p̄motiōes fecerit ad cathedrales eccl̄as  
vel eccl̄asticas dignitates / vel alia q̄cūq; bñficia vel officia in fomē-  
tū dicte sue p̄tense dissolutionis et enervationē diminutionē seu ipedi-  
mētū hui⁹ sacri cōcilij de q; ipi⁹ sacri cōcilij arbitrio iudicabit / an fa-  
cte fuerint in fomētū / Tales p̄motiōes hec sacra synodus cassat irritat  
et annullat. Nā dar p̄terea in virtute sacre obediētie / z sub pena p̄tina-  
tionis quā ipō facto iurāt oim suozū bñficiozū z officiozū cōmēdariū  
p̄fionū z gratiarū quarūcūq; etiā expectatiuaz / oib; z singulis sacre  
romane eccl̄ie cardinalib; patriarchis archiep̄is ep̄is / z alijs eccl̄ianū  
platis officarijs curie et clericis q̄buscūq; i romana curia existētib;us  
cuuscūq; stat⁹ z cōditōis existāt q̄ten⁹ in casu pdicto post lapsū dicti  
termini infra viginti dies. prime z imediate sequētes a curia romana  
recedāt. Et deinde cardinales oino sub pena pdicta ad hoc sacrum cōci-  
liū oim mora postposita veniāt patriarche x̄o archiep̄i ep̄i ac alij eccl̄e  
siastici. put de iure vel cōsuetudine ad generale cōciliū ire tenent sub pe-  
nis iuris iter suū sine fraude cōtinuādo ad hoc sacrum cōciliū veniāt / re-  
liqui vero q; ad generale cōciliū nō tenent venire ad residēdū z deo ser-  
uiendū in p̄p̄ijs bñficijs / vel ad hoc sacrum generale conciliū sine more  
dispēdio / et oim fraude cessante se trāferāt et accedāt. Decernit tandē  
hec sacra Synodus hui⁹ decreti publicationē i p̄nti sessione factā citul-  
q; affixionē i valuis maioris eccl̄ie Basiliē. habere vim monitionē  
citationē z executionē / et ita vniuersos artare ac si p̄sonalr apphēsi et  
eis intimatū fuisset. Insuper. put in prioris monitionis edicto cōt̄-  
nēt hec sacra Synodus declarat et prestat q; nihilomin⁹ h̄mōi dila-  
tione sexaginta diez pēdēte cū id rerū necessitas suadeat z q̄ltras agē-  
dozū in vltiori p̄secutiōe cōcilij z agēdozū in eo pcedere intēdit ordi-  
nate debite z mature / nec p̄terea sup sedere aliquatiter i p̄cessu. Datū  
tum in sessione publica eiusdem sancte Synodi in eccl̄ia maiori Ba-  
siliē. solenniter celebrata. xv. kalēdas Januarij Anno a natiuitate do-  
mini Millesimoquadringentesimo octimosecundo.

**S**acro sancta generalis Synodus Basiliē. in sp̄scto le-  
gitime zgregata vlem eccl̄iaz replēntis / ad p̄petuā rei me-  
moriā. Sicut vnica ē eccl̄ia sacra catholica x̄po ipi⁹ sp̄so di-  
cēte / Una ē colūba mea dilecta mea. Et fidei articulo hoc p̄-  
fitēte cū vnitas diuisione nō captat. Sic eē nō p̄t nisi vnica generale  
cōciliū ipam sc̄tam eccl̄iaz catholicā replēntans. Cū ergo in hac ciuitate



## Sessio octaua

Basilien. decretis sacrorum generalium conciliorum Constantien. et Seneen. et duorum romanorum approbatione pontificum scilicet felicis recordationis Martini quinti et Eugenii quarti generale concilium institutum et stabilitum sit in spiritu sacro legitime congregatum. Isto durante concilio postulat aliud generale concilium alibi esse non posse. Quicumque igitur hoc sacro durante concilio aliam congregationem sub nomine generalis concilii exigere aut facere presumpserit non catholice ecclesie concilium sed scismaticorum conuenticulum exigere aut facere conuincatur. Idcirco hec sancta synodus omnes christi fideles cuiuscumque status aut dignitatis. Etiam si papalis imperialis vel regalis existant sub obtestatione diuini iudicij quod in choro datan. et abiron auctoribus scismaticis scriptura sacra commemorat ammonet et hortatur. Et in virtute sancte obedientie et penis contra scismaticos a iure indictis districte precipit atque mandat ne hoc sacro durante concilio aliam congregationem sub nomine generalis concilii que reuera non esset concilium facere aut congregare nec ad ipsam tanquam ad generale concilium / etiam preteritum cuiusuis promissionis vel iuramenti accedere vel inter esse aut recurrere quoquo modo neque concilio generali habere reputare / aut etiam nominare presumant. Etiam si iam indictum prentendatur siue in futurum iudicij attempet. Si qua vero persona ecclesiastica / etiam si sancte romane ecclesie cardinalis / aut alia quocumque cuiusuis status gradus aut conditionis existat Bononiensem vel ad aliquem locum sub nomine generalis concilii isto durante presumat accedere vel ibi manere sententiam excommunicationis et priuationis omnium dignitatum beneficiorum et officiorum et inhabitacionis ad ipsa incurrat ipso facto. Et de dignitatibus officiis et beneficiis rationalium per eos ad quos de iure spectat etiam si cathedrales aut metropolitane ecclesie fuerint libere disponantur.

**A**bbati osorum accensa cupiditas non contenta de acceptis beneficiis gratias non agere / et humanitatis in se iura violare interdum adeo exardescit / ut eos qui credita sibi officia diligenter obseruant / et ita cuncta agunt ut omni laude sint digni subuertere moliantur / et a suis decernere beneficiis. Quis tamen pro eorum bonis actionibus ut extollerent amplius dignum esset / ideo opus est iuris prouidere remedijs ut tuta sit inter improbos innocetia. Et in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia et nocendi facultas. Quisquis igitur tante ambitionis fuerit ut ecclesiam cathedralē dignitate officium aut beneficium pensionem vel commendam alicuius ex incorporationis seu incorporacionis postquam fuerint incorporati seu adherentibus huic sacro concilio attempauerit a romano pontifice vel quouis alio impetrare aut etiam acceptare / etiam si motu proprio conferat non solum iure quod in tali ecclesia dignitate officio seu beneficio habere prentendit. Sed etiam omnibus beneficiis sit ipso iure priuatus et ad obtinendum in futurum inhabilis. Si qui vero ante huiusmodi edicionem decreti tales impetrationes aut attempationes habuerint careant gratijs etiam proprio motu concessis.



## Sessio nona

**Q**UETERUM cum ad noticiam huius sacre Synodi fide dignorum sit relatione deductum quod dictus dominus Eugenius papa super alienationibus nonnullis civitatibus castris et terris ecclesie romane et altarium ecclesiarum habuit et habet diversos variosque tractatus. Quequidem alienationes in fomentum dicte prentense huius sacri concilii dissolutionis / et ipsius concilii enervationem fieri moluntur et in dampnum et iscuram patrimonii beati petri altiarumque ecclesiarum cederent manifeste. Idcirco his et alijs ex bonis et iustis causis que ad hoc cuiuslibet recte consentis animu inducere debent. Hec sancta synodus eidem domino Eugenio omne alienationis infensuram auctorisationis seu impignorationis generis bonorum immobilium ac etiam mobilium preciosorum et iurium ecclesie romane et altarium ecclesiarum quarumcumque necnon auctorisationem alienationum bonorum immobilium et iurium altarium ecclesiarum omnemque indicationem seu impositionem novarum gabellarum et aliorum onerum in alia urbe romana et alijs terris ecclesie romane necnon impositionem cuiuscumque gravaminis seu subsidij sub nomine decime vel quocumque alio nomine censentur penitus interdicit / ceteras alienationes infensuraciones et impignorationes de eiusdem bonis immobilibus et iuribus ecclesie romane et altarium ecclesiarum / et auctorisationem huiusmodi predictam dominum Eugenium factas et fiendas ac gabellas et alia onera per eundem dominum Eugenium imposita seu impositas cassat reuocat irritat et annullat / adeo ut nec ius aliquod tribuant nec prescribendi etiam causas pareant.

¶ Sessio nona.

**S**ACROSANCTA generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata vniuersali ecclesie representans. Ad perpetuam rei memoriam. Inter iusticie opera nihil iustius nihilque dignius esse constat quam eos qui pro vniuersali ecclesie utilitate sollicitudinis studia vtilisque labores impendunt ipsius ecclesie munire subsidij aduersus ea presertim incommoda que in eos pro impensis ecclesie dei obsequijs moluntur. Cum itaque Charissimus ecclesie filius / et eiusdem fidelissimus aduocatus Sigismundus romanorum ungarie bohemie etc. Rex pro vniuersali ecclesie utilitate huius sacri concilii generalis ipsam representantis prectione in se suscipiens ipsique constantiter adherens sue laudabilis sollicitudinis studiis virtuosisque laboribus tam cum domino Eugenio papa quarto ut attemptatam dissolutionem ipsius concilii reuocando ipsi concilio adhereret / quam etiam cum christianitatis principibus et platis dominisque et communitatibus ipsius sacri concilii fauorem et augmentum studuerit et studeat multifarie promouere. Idcirco digne gratitudinis vices rependens Hec sancta synodus eundem sub specialis prectionis sue munimine suscipit / necnon quoscumque processus etiam priuationem regnorum principatuum dominiuumque bonorum et quarumlibet dignitatum forsitan continentes contra prefatum romanorum regem factos / aut etiam sub censuris et penis ecclesiasticis aut